Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

62

llio . cursum uite sue consumma-
uerunt. Vienne sancti philippi
eiusdem urbis episcopi. In syria
tirophinij theodoli explica-
ti eucerii eusebij et Julij. xvi.
D. iij. kln. decembris. Ro-
me nat. sancti Saturnini martiris
et Sisinnij dyaconi sub max-
imiano a quo primo inter
alios seruos dei dampnati
ad fodiendam arenam ad fa-
ciendas thermas diocleci-
nas. deinde in carcere diu sunt
macerati. ubi multos gen-
tiles credentes baptizabant.
et denuo educti uincti cathe-
nis. ac nudis pedibus. ante
prefectum urbis laodicium. ius-
si sunt in eculeo leuari. et ad-
tracti neruis et fustibus et scor-
pionibus cedi. Quibus etiam
postmodum flammas adlatas
iussit apponi. et depositos de
eculeo capite truncari. Quorum
corpora colligens thrason
cum iohanne presbitero sepe-
liuit in predio suo uia sala-
ria. Apud tholosam nat.
sancti Saturnini episcopi. qui temporibus
decij in capitolio eiusdem

urbis. a paganis tentus eo quod
ad eius presenciam omnes dij respons(a)
ob mutescerent nullum sacrificantibus
possent dare responsum. thauro ad
uictimam preparato funibus religa-
tus est. Quo uehementius stimu-
lato a summa capitolij arce per
omnes gradus precipitatus ca-
pite collisio excussoque cerebro
et omni corpore dilaniato dig-
nam christo animam exalauit. Cuius
corpus in ecclesia digno honore
ueneratur. Vigilia sancti andree
apostoli. ij. kln. decembris.
E. v. In ciuitate patras
prouincie achaie nat. beati an-
dree apostoli. qui interpretatur uiri-
lis uel decorus frater petri. Hic
predicauit in scithia qui ab egea
pro consule comprehensus. cum
perseueranter in fide christi et euangelio
duraret. carcere clausus primum
inde coram pro consule grauis-
sime cesus ad ultimum cruce li-
gatis manibus et pedibus funibus
quo toto corpore extensus ut lon-
gius cruciaretur biduo in ibi
super uixit. non cessans ea que
christi sunt populum docere. Cumque
hij qui christo domino crediderunt